

in Turgowe dominus adunavit, ut devotio et reverentia a Christi fidelibus abundantius celebretur et devotio humiliter et devote confidentium meritum sive gratiam afferat et apporet, auctoritate nobis a deo concessa cooperantibus infirmitati nostrae sanctorum meritis decrevimus omnibus, qui ad dictorum fratrum oratoria in die dedicationis ipsorum et utroque die et sancti Francisci confessoris nec non et sancti Anthonii confessoris convenerint, unam karrinam et quadraginta dies de iniuncta sibi poenitentia eorum peccatorum, de quibus contriti fuerint et confessi, annis singulis indulgere, eo dante et per nostrum ministerium indulgente, qui est vere miserator et misericors, in maiestate sua laudabilis et in sanctorum suorum mirabilibus gloriosus. Datum Misnae anno gratiae M° CC°. quinquagesimo III°. pontificatus nostri anno XIII°.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv mit dem wohl erhaltenen Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen.

No. 174. 1254. 23. Jan.

*P. Innocenz IV. erlaubt der gesammten Geistlichkeit der Lande des Markgrafen Heinrich des Erlauchten die von diesem zunächst für seine Capelle verfasste, musikalisch regelrechte und wie er selbst sich überzeugt, wohlklingende Composition der Kirchengesänge Kyrie eleyson und Gloria in excelsis deo bei dem Gottesdienste zu gebrauchen.*

Innocentius episcopus etc. venerabilibus fratribus episcopis, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum praelatis ac rectoribus eorumque capitulis et collegiis in terra dilecti filii nobilis viri . . marchionis Misnensis constitutis, salutem etc. Cum in summi regis palatio virgo se gloriosa pro nobis iugiter exhibeat advocatam, felici cum patrocinio nobis clementer flectens ad veniam, quam humanus excessus interdum graviter provocat ad vindictam, non debet ab ipsius lingua carnis laudibus se aliquatenus continere, quin ei pro tam placido munere gratiarum surgat ad debitum, ut dampnosae ingratitude caute vitare valeat detrimentum. Sane dilectus filius nobilis vir . . marchio Misnensis, sinceritate qua decuit revolvens in animo, ut quem ad ipsam haberet devotionis affectum, evidenter exprimeret eamque pro suae possibilitatis modulo congruis obsequiis honoraret, super Kyrieleyson et Gloria in excelsis deo cantum novum edidisse proponitur, ut capellae suae clerici eo in missarum sollempniis eiusdem virginis uterentur, et quia cantum ipsum ex parte ipsius marchionis praesentatum, quem coram nobis cantari fecimus, deo gratum et hominibus acceptum invenimus, ipsum ob inventoris devotionem, quae dum spiritu dei ducitur, musicae regulis non artatur, duximus approbandum, cantandi et faciendi eum cantari vobis in praemissis sollempniis libera facultate concessa. Ad maiorem vero certitudinem praemissa Kyrieleyson et Gloria sub ipso cantu vobis sub bulla nostra mittimus interclusa. Datum Laterani X. Kal. Februarii, anno undecimo.

Ex Reg. orig. an. XI. ep. 377. T. III. Fol. 46 im Vatican. Archiv.

Dass Heinrich der Erlauchte, den wir bereits als Liederdichter kennen, bei seinem vielbewegten Leben und ausgedehnten Regierungsgeschäften auch mit Musik eingehend sich beschäftigte und selbst componirte, ist von hohem Interesse. Wie aber in der einzigen Manessischen Liedersammlung sechs seiner Lieder uns erhalten sind, so dürften Sachverständige in einem oder dem andern Missal Meissnisch-Thüringischen Ursprungs durch Vergleichung mit den herkömmlichen allgemein geltenden der obengenannten Texte auch Heinrichs Compositionen mit einiger Wahrscheinlichkeit herausfinden können.